

12. m. 2. & parietes erunt 16. m. r. 192. & ambitus, id est sex parietes

Res, r. 12. m. 2.
cenfus, 16. m. r. 192.
6. cenfus 96. m. r. 6912.
Cubus, r. 6912. m. 80.
Aggregatum, 16.

erunt 96. m. r. 6912. cubus autem r. 12. m. 2. erit r. 6912. m. 80. quare iunctus cubus cum 6. superficiebus facit 16. vt vides in figura.

23 Vigesima tertia, Inuenias numerum binomium ex r. v. & r. simplici æquale 5. Si velles ex duabus r. v. dictum est in capitulo secundo in fine: nunc autem dicimus in aliis quæ sunt diuersæ. Accipe igitur r. cuiuslibet numeri qui non sit quadratus, & sit r. 2. utpote & si vis binomium minue à 5. fit 5. m. r. 2. quadra fit 27. m. r. 200. huius accipe r. v. quæ est r. v. 27. m. r. 200. & ei adde r. 2. habebis r. v. 27. m. r. 200. p. l. r. 2. æqualia 5. Et si voluisses per viam recisi adde r. 2. ad 5. fit 5. p. r.

5.
r. v. 27. m. r. 200. p. l. r. 2.
r. v. 27. p. r. 200. m. l. r. 2.
r. v. 28. m. r. 300. p. l. r. 3.
r. v. 28. p. r. 300. m. l. r. 3.
r. v. 55. p. r. 3000. m. l. r. 30.
Omnia hæc superscripta æquivalent.

2. cuius quadratum est 27. p. r. 200. huius r. v. est r. v. 27. p. r. 200. à qua minue r. 2. fiet r. v. 27. p. r. 200. m. l. r. 2. æqualia 5. Et si addidisses r. 3. fieret 5. p. r. 3. & quadratum eius 28. p. r. 300. cuius r. v. est r. v. 28. p. r. 300. ab hac minue r. 3. habebis iterum r. v. 28. p. r. 300. m. l. r. 3. æqualia 5. & è contrà minuendo habuisses conuersum. Quod si addidisses maius quàm 5. utpote r. 30. haberes r. 30. p. 5. cuius quadratum est 55. p. r. 3000. cuius r. v. est r. v. 55. p. r. 3000. detrahe r. 30. fit r. v. 55. p. r. 3000. m. l. r. 30. æqualia iterum 5. Et è contrà minuendo non potest fieri, quia r. 30. non potest minui à 5. quia maior non potest auferri de minore. Et ita vides quòd per hunc modum semper fit in primo vel quarto genere binomij vel recisi, & quod r. simplex est minor vniuersali, & quod infinitæ dantur æquivalentiæ cuiuslibet numero. Idem fac de r.

24 Vigesima quarta, Inuenias duos numeros qui tantum faciant multiplicati quantum iuncti, & eorum cubi iuncti faciant 25. Quòd dico de hoc numero dico de aliis, sed posui ob commoditatem. Soluitur per regulam de duplo & per capitulum vigesimum nonum. Pone igitur quòd

Tom. IV.

aggregatum eorum fit 1. co. Igitur cum aggregatum æquetur producto vnius partis in alteram, igitur productum vnius in alterum est etiam 1. co. Fac igitur ex 1. co. duas partes ex quarum multiplicatione vnius in alterum fiat 1. co. & erunt per centesimam regulam vel centesimam decimam sextam quadragesimi secundi capituli practicæ partes $\frac{1}{2}$ co. p. r. v. $\frac{1}{4}$ cen. m. 1. co. & $\frac{1}{2}$ co. m. r. v. $\frac{1}{4}$ cen. m. 1. co. Cuba igitur has partes & iunge simul, & quia vides quòd cubus binomio-

$\frac{1}{2}$ co. p. r. v. $\frac{1}{4}$ cen. m. 1. co.
1. ce. m. 3. co. $\frac{1}{4}$ cen. m. 1. co.
$\frac{1}{2}$ cu. m. $\frac{3}{4}$ ce.
$\frac{1}{2}$ co. m. r. v. $\frac{1}{4}$ cen. m. 1. co.
1. cen. m. 3. co.
$\frac{1}{2}$ cu. m. 1. $\frac{1}{2}$ ce. $\frac{1}{4}$ cen. m. 1. co.
1. cu. m. 3. cen.

rum fit ex triplo quadrati vnius partis in alteram cum quadrato eiusdem partis, & quia partes sunt æquales p. & m. & primæ partes etiam sunt æquales, ideo sufficet multiplicare triplum quadrati secundæ partis cum quadrato primæ, & est totum 1. cen. m. 3. co. eo quòd triplum quadrati secundæ partis est $\frac{3}{4}$ cen. m. 3. co. & quadratum primæ partis est $\frac{1}{4}$ cen. igitur totum est 1. cen. m. 3. co. multiplica in $\frac{1}{2}$ co. fient partes $\frac{1}{2}$ cu. m. $1\frac{1}{2}$ cen. igitur iunctæ fient 1. cu. m. 3. cen. æqualia $25\frac{1}{27}$. Igitur 1. cu. æquatur 3. cen. p. $25\frac{1}{27}$. Quare per capitulum vigesimum nonum res valet r. cu. 27. p. 1. p. r. cu. $\frac{1}{27}$.

Et nota quòd si vis abbreviare in similibus quæstionibus; Scias quòd semper habebis 1. cu. æqualem 3. cen. p. numero proposito, & ideo si dixisset inuenias duos numeros qui tantum faciant iuncti quantum multiplicati, & eorum cubi iuncti faciant 30. vel 40. Dices igitur quòd 1. cu. æquatur 3. cen. p. 30. vel p. 40. & ita de aliis numeris, sed feci operationem illam vt melius intelligeres.

$2\frac{1}{6}$ p. r. $\frac{13}{36}$
$4\frac{25}{36}$ $\frac{13}{36}$
$1\frac{5}{36}$
$5\frac{7}{9}$
$2\frac{1}{6}$ m. r. $\frac{5}{36}$
$4\frac{25}{36}$ $\frac{13}{36}$
$1\frac{5}{36}$
$5\frac{7}{9}$
$11\frac{5}{9}$
$2\frac{5}{6}$

Hoc viso quia nos habemus valorem rei quæ est aggregatum & est r. cu. 27. p. 1. p. r. cu. $\frac{1}{27}$ quod est totum $4\frac{1}{2}$.

H h 3 &c